

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitrvii ... De architectvra libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

"Cvm divina mens tva et"

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

e. Com
v
albi &c.
erallum
linem-
Co
Co
de
urias
n
nibus
us
st.
opus.
s
bra.
ce
ur
s, alij legunt.
sunt.
ONTINO
ur poena ex.
rcuato
KVIII-R
endum
tioni
uens
ri placere.
S.

M. VITRVVII DE ARCHITECTVRA, LIBER PRIMVS.



VM DIVINA MENS TUA ET
numen, Imperator Cæsar, imperio potiretur
orbis terrarum, invictaq; uirtute cunctis ho-
stibus stratis, triumpho uictoriaq; tua ciues
gloriarentur, & gentes omnes subactæ tuum
spectarent nutum, populusq; Romanus & Se-
natus liberatus timore, amplissimis tuis cogi-
tationibus consilijsq; gubernaretur, non au-

debam tantis occupationibus de Architectura scripta, & magnis cogita-
tionibus explicata edere, metuens ne nō apto tempore interpellans, sub-
irem tui animi offensionem. Cum uero attenderem, te non solum de uitæ
communi omnium curam, publicæq; rei constitutionem habere, sed etiam
de opportunitate publicorū ædificiorum, ut ciuitas per te non solum pro-
uincijs esset aucta, uerum etiam ut maiestas Imperij publicorum ædificio-
rum egregias haberet autoritates, non putavi prætermittendū, quin pri-
mo quoq; tempore de his rebus ea tibi ederem: ideo, quod primum paren-
ti tuo de eo fueram notus, & eius uirtutis studiosus. Cum autem concili-
um cœlestium in sedibus immortalitatis eum dedicauisset, & Imperium
parentis in tuam potestatem transstulisset, idem studium meum in eius me-
moriam permanens, in te contulit fauorem. Itaq; cum M. Aurelio, & P.
Minidio, & Cn. Cornelio, ad apparationem balistarū & scorponum,
reliquorumq; tormentorum refectionem, sui presto, & cum eis commo-
da accepi, que cum primo mihi tribuisti, recognitionem personoris com-
mendationem seruasti. Cum ergo eo beneficio essem obligatus, ut ad exi-
tum uitæ non haberem inopie timorem, haec tibi scribere coepi, quod
animaduerti multatæ ædificauisse, & nunc ædificare, reliquo quoq; tem-
pore, & publicorum, & priuatorum ædificiorum, pro amplitudine re-
rum gestarum, ut posteris memorie traderentur, curam habiturum: con-
scripti perscriptiones terminatas, ut eas attendens, & ante facta, & fu-
tura qualia sint opera, per te nota posse habere, namq; his uoluminibus
aperui omnes discipline rationes.

A

Quid